



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digressio 15. De facultatum ex operationibus & obiectis distinctione, ad
tex. com. 36.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

Intelligere an notius intellectu.

Intellectibile obiectum. Et ideo antequam de altrice ac sentiente facultate agat, eum agere de alimento & sensibili: at non prius de intellectibili, quam de intelligere. Nunc tamen vniuersè solum loquendo generalem illam propositionem posuisse, ne doctrinam & ordinem turbaret, illud interponendo, quod intellectiois & intellectibilis obiecti speciale est.

Verùm hoc quoque in ea animæ parte quoquo modo obseruatum fuisse in tertio libro videbitur; Estque leuis coniectura, quæ adfertur; ne ordinem turbaret. Poterat intellectibile cum cæteris non nominare, si non eadem illius esset conditio. Sanè illud prius se offert intellectui nostro; actusque reclusus reflexum antecedit; neque intellectioem suam nisi repleto actu intelligit post rectam propositi intellectibilis obiecti intellectioem. Sed ad alia facilius progreditur, quam in seipsum se conuertat: neque omnino sine intellectibili intellectioem suam intelligit, quoniam alicuius obiecti intellectio sit oportet. Quod in eodem rerum genere accipias. Alioqui primorum & separabilium intellectioem antecederet intellectio intellectiois materialium rerum & corporatarum. At in eodem consistas genere, intellectibile siue materiale, siue abstractum, intellectioem sui antecedit: estque vniuersè verum, operationes priores esse & notiores facultatibus, & obiecta rursum operationibus.

DIGRESSIO XV.

De facultatum ex operationibus & obiectis distinctione.

Facultates operationibus, et obiectis distinguuntur.

Hoc loco grauis est inter interpretes disputatio de facultatum ex operationibus, atque operationum ex obiectis distinctione. Nam etsi facultates per operationes, hæque per obiecta tanquam notiora cognosci possint: quoniam tamen hæc sunt extrinsecæ, nequaquam videntur posse intrinsecè constituere, ac distinguere, aut operationes, aut facultates.

1. opinio.

Propterea complures non ignobiles Philosophi eam habuerunt sententiam; vt & facultates per operationes, & has per obiecta extrinsecè profusè distinguunt existimarent: intrinsecè autem seipsis, & constitui, & distinguuntur. Quia sunt qualitates quæpiam & absoluta entia, quæ non per ordinem ad aliud, sed seipsis vim & naturam suam habeant. Sed certè cum Aristoteles affirmavit, intelligi non posse quid sit facultas, nisi quid sit operatio intelligatur; essentialem profusè coniunctionem & intrinsecam facultatum ex operationibus constitutionem ostendit.

Constitutio.

2. opinio auctoris.

Principio igitur ponatur id, cuius perfacilis esset probatio; Non esse in hac re sermonem de distinctione numerica facultatum, quæ ex subiecto potius querenda est, vt cuiuslibet ac-

cidentis numerica vnitas. Ergo essentiali generis, aut speciei distinctione, dum facultates operationibus, & operationes obiectis distinguuntur; id nequaquam formaliter intelligendum est; quasi operationes aut obiecta vellemus differentias essentialis esse, quæ facultates aut operationes constituent. Neque enim qualitates simplices essent; sed coniunctum quippiam ex accidenti; atque operationes extrinsecè sunt facultatibus, & operationibus item obiecta. Neque etiam intelligere oportet distinguuntur solum per causas extrinsecas efficientem aut finalem. Quoniam nulla superesset difficultas; conuenientibus omnibus facultatem esse suarum operationum effectricem causam, & operationes atque obiecta facultatum finem.

Sic igitur sentiendum. Facultates animæ, etsi facultates sunt, intrinsecè tamen constitui & distinguuntur per ordinem ad operationem & obiectum; nec sine illo intelligi vilo modo possunt; sed ex ordine ad alias atque alias operationes circa alia atque alia obiecta singulas facultates naturam suam deriuare. Ita verè affirmatum verum relatum esse de essentia alterius, atque per ordinem ad suum correlatum, & constitui, & distinguuntur. Non quòd terminus correlatus sit illius essentia; sed quòd ordo ad illum sit illi quo intrinsecè & constituitur & distinguuntur. Eodem enim intellectu pronuntiamus anime facultates essentialiter constitui & distinguuntur, non per operationes ipsas & obiecta; sed per ordinem, tum ad operationes proximè, tum ad obiecta remotè. Quare cum vnium relatum sit altero non cognoscatur; primùmque cognoscenda sit illius relati natura, quod materiam consideratum prius est altero correlato; hæc negavit Philosophus facultatum naturam perfecte cognosci, nisi antea operationum & obiectorum, quæ facultatibus priora sunt, natura cognoscatur.

D

Iam verò is ordo, quem significare dicimus facultatem ad operationem & obiectum, non est certi alicuius generis: quia cum facultas sit qualitas, & Relatio diuersum entis genus, permisceri non debent genera illa, quæ prima diuersa esse dicuntur. Sed est ordo transcendens, qualis est accidentium omnium ad suam substantiam, scientiæ ad obiectum scibile, & aliorum entium plurimorum, quæ relata secundum dici vocantur, nec tamen in relatorum categoria ponuntur, sed per genera diuersa vagantur. Si enim scientia, quæ ordinem quandam ad scibile obiectum significat, habitus est primæ speciei qualitatis; quid si facultas quoque in materia eiusdem generis specie, quamuis ordinem ad suas operationes & obiectum continet? Mirum qualitas est absoluta in anima; sed operationem propter operationem est comparata, vtibilem ac promptam reddat animam ad operationem circa hoc aut illud obiectum; ad hæc item relationem ad operationem circa obiectum, per eamque ab alijs omnibus accidentibus distinguuntur. Et verò etiam vna facultas ad alia, vt ad alias atque alias operationes circa alia, atque alia obiecta faciem singulæ animæ redduntur.

diuerfos scilicet adsignificando ordines, ac diuerfa operationum genera circa diuerfa obiecta.

Itaque duo entium genera facile distingues, Actuum vnum; alterum facultatum. Quorum vtrumque significat ordinem ad alterum. Nam genus actuum est forma speciei, quæ ad duplicem facultatem habet ordinem, quemadmodum & ipsa duobus modis est actus. Primum enim est actus essentialis & determinata speciei: atque hoc modo facultatem patiendi materia propriam respicit, quam actuare & perficere potest, dando illi esse & speciem. Deinde est actus operatiuus: quomodo respicit facultatem agendi, qua operari possit; & facultatem patiendi illius subiecti, quod eius actionem potest suscipere.

Hinc duplex facultatum genus; vnum patiendi, quod nil aliud est, quam materia, quæ ad formam referri dicitur in secundo libro Physicorum textu vigesimo sexto, tanquam ad actum. Alterum agendi; quod quia est accidens, refertur quidem ad substantiæ formam, vt ad primum agens, cuius facultas est: verum tanquam ad actum sibi proportionatum & eiusdem generis, à quo perficiatur & actuetur; ad alium refertur accidentarium actum, qui est illius operatio.

Qua in re differt plurimum facultas agendi à facultate patiendi; quod facultas patiendi est substantia sit, quoniam tamen in genere facultatis est imperfectissima (siquidem pati est imperfectioris argumentum) non potest ipsa producere sibi suum actum & perfectionem. At facultas agendi, quamuis sit accidens, quia tamen vim habet agendi, atque in eo ad perfectionem actus operatiui accedet; potest ipsamet suam sibi perfectionem comparare, producendo suam operationem, qua perficiatur.

Ex quibus manifestum est, substantiæ actum, si quatenus ens est & substantia consideretur, esse prorsus absolutum; quippe est ens in se, & per se coherens. At si consideretur quatenus est actus, ordinem quandam significare ad facultatem. Et quidem duplicem: alterum ad facultatem patiendi; alterum ad facultatem agendi. Et rursum patiendi facultatem, quæ est materia, quatenus est ens & substantia, quidpiam esse absolutum; sed quatenus est facultas, ordinem ad actum significare. Facultatem autem agendi duplicem omnino habere ordinem: Alterum quatenus est ens. Quia enim est accidens, communi accidentium omnium conditione ordinem habet ad subiectum. Alterum quatenus est agendi facultas. Atque hic est adhuc duplex: alter ad primum illud agens, cuius est facultas & agendi virtus: alter ad actum secundum & operationem, quam potest efficere, quaque perfici debet. Atque per hunc postremum ordinem animæ facultates constituuntur & distinguuntur.

Ceterum operatio, quæ ab aliqua facultate oritur, aut est naturalis, aut vitalis. Naturalis operatio aut solum habet actum secundum, qui nihil aliud producat, vt localis motus, qui

maneat in ea re, quæ mouetur; vt motus ignis sursum, & terræ deorsum in quibus manifestum est facultatem distingui per ordinem ad eum actum; vt leuitatem & grauitatem per ordinem ad motum sursum & deorsum, atque adeo ad locum sursum & deorsum, tanquam illorum motuum terminum, eartumque operationum obiectum. Aut præter actum secundum aliquid aliud producit: quemadmodum calefactio calorem, & siccitatem siccatio, velut actiones in aliam transeuntes materiam. Quare distinctio iam facultatum earum, quæ operationes hæc producunt, non solum sumitur ex ordine ad operationes, sed ad materiam quoque quæ tamen non appellatur obiectum, sed subiectum potius: quoniam in ea suscipitur actio, atque operationi facultatis subijcitur. Quamquam in hac operatione non videtur requiri materia ex natura actionis; sed solum veluti secundariò, quatenus formæ productionem adiunctam habet.

Quia enim forma, quæ producitur, suscipi in aliqua materia debet; in eadem suscipitur & actio, quæ est idem re cum forma. Alioqui tota ipsa actionis ratio, si per se consideretur, ab agente tanquam à principio, suam speciem accipit: quippe qualis est actus agentis, talis existit actio. Itaque prius natura est agens, deinde actio, tum materia suscipiens actionem. Atque in hoc quoque operationum genere facultates determinantur ex agentis actu in ordine ad solam actionem; non ad obiectum seu materiam, nisi fortasse secundariò: quia hæc posterius quoddam est ipsa operatione.

Venio ad alterum genus operationum vitalium. Ex aut sunt vegetantes duntaxat, aut etiam cognoscetes, & quæ cognitionem sequuntur. Vegetantium operationum eadem promodum est ratio, quæ earum, quæ sunt merè naturales. Propterea quod vegetans anima est formæ naturalis forma. Quare etiam operationes illius perfectiores sunt, & magis à materia eleuata; in ordine tamen ad solas operationes videntur constitui. Non enim propriè habent obiectum, sed solam materiam & subiectum, in quo illarum actio suscipiatur; tamen magis determinatum sit, quam operationum merè naturalium subiectum. Et ideo hoc nomine videri possunt ex illo quoque constitui & distingui. Id verò maximè propriè cernitur in facultatibus cognoscentibus, & quæ cognitionem sequuntur, quæque ex anima sentiente aut intelligente deriuantur. Etenim hæc formæ multo reliquis omnibus perfectiores, materiam dant non solum esse absolutum, sed etiam esse operationum diuini generis, quam essent reliquarum formarum operationes. Nimirum esse operationum aliquo modo immateriale; quod aut consistit in susceptione obiecti in cognoscente, modo magis spirituali, quam sit in se: aut certe in ipso cognitionis actu, quo anima cognoscens dat obiecto esse cognitum, illudque sibi vnit & in seipsam transformat. In qua operatione duo prorsus animaduertas. Alterum est; vt obiectum sua natura materiale & copereum ad esse quoddam immateriale & incorpo-

ratum vitalium distinguitur.

896
ali generat
operatio
telligi
a velum
tates aut
qualit
quippam
lece fact
lecta. No
solum per
m. Quo
entio
operatio
nes atque
nime, est
ian & d
& ob
do post
operation
facultas
mam
atque pe
stium, it
tatis sit
m. In d
inguntur
animæ
gn, non
per
im ad
latum
cognit
natura
s, sequen
iran pe
& ob
natura
re dicitur
um, non
facultas
mus; per
primi
lecedens,
tum libe
& d
secundum
m capere
vagan
tam ad
primæ
te sit in
s ordina
neat. No
sed que
ata, vt d
ad opera
ad hunc
circa ob
circum
aliter ab
circa ali
am reddi
dicitur

Forma
duplex
facultat
um 156
pau.

Duplex
facultas
in goss.

Facult
tatis
gendere
lata d
pau.

Facult
tatis
gendere
lata d
pau.

Facult
tatis
vitalium
distinguitur

Cogni
tionis

reum tradatur; sive per speciem ab obiecto susceptionem; sive per actum cognitionis vel obiecti cogniti formam. Alterum; ut accedente cognitionis animae actu res cognita uniat cum cognoscente; aut etiam in eam transformetur; atque ita anima cognoscendo fiat perfectissimè omnia. Atque ad formalem rationem huius generis operationum tria omnino conveniunt; facultas cognoscens; operatio cognoscentis; & obiectum cognitum. Nam quia cognitio est operatio quaedam & actus secundus; requirit actum primum; à quo deducatur; facultatem scilicet cognoscentem. Sed quoniam est talis actus secundus; opus habet tali re cognita quae ceteris cognitionibus distinguitur. Et ideo res cognita comparatione cognitionis non est velut materia; aut subiectum cognitionem suscipiens: quia cognitio non est operatio in externam materiam transiens; sed in ipsa cognoscente facultate remansens: sed habet veram rationem obiecti; circa quod operatio ea versetur. Ita fit; ut non modo obiectum prius sit cognitionis operatione; tanquam illius principium: sed operatio quoque aliquo modo prior sit facultate cognoscente. Nam est facultas operationem antecedit; quatenus vim habet efficientis causae: quatenus tamen subiecti rationem habet; in quo eadem illa operatio suscipitur; posterior esse videtur. Quae in re operationes haec magnopere à naturalibus distinguuntur; in quibus propriè non est obiectum: sed primum omnium est agens; deinde actio; tum subiectum; in quo illa suscipitur. Deinde quoniam in operationibus in alienam materiam transeuntibus operatio unico tantum modo agentem facultatem respicit; tanquam effectus scilicet; & actus secundus illius; in immanentibus autem hisce duplici planè modo; primum tanquam effectus & actus secundus illius; quo modo videtur esse ut finis & terminus: Deinde tanquam actus primus & forma; quae sub esse quodam immateriali aduenit illi; atque cum ea coniuncta determinat illam & perficit; sicut quaelibet forma subiectam sibi materiam.

Vnio cognoscentis cum cognoscente.

Vnio tamen cognitionis cum cognoscente facultate multo maior est; quam cuiusvis alterius operationis cum suo principio. Quoniam reliquae operationes; quae in aliud transeunt; solum habent unionem actus secundi cum primo; effectus cum efficiente causa: sed cognitio praeter hanc habet quoque unionem formae cum materia. Remanet enim in eadem facultate; à qua oritur; atque ex actu cognitionis ut rei cognitae forma; ipsaque cognoscente facultate; tanquam subiecto perfectissimè sit vnum inesse cognitum. Quocirca eadem profus relatione cognoscentis facultas ad operationem & ad obiectum refertur. Non enim respicit operationem; nisi tanquam unientem sibi & in se transformantem obiectum: neque obiectum respicit; nisi tanquam cognitum eaque operatione perceptum. Ut maior multo existat vnio cognoscentis facultatis cum re cognita; quam cum cognitionis actu. Quoniam vnio cum actu est tanquam vnio; efficientis causae cum effectui; seu materiae cum forma: at vnio obiecti cum fa-

cultate per cognitionis actum; est potius identitas. Quia obiectum transformatur in facultatem cognoscentem; & lapis cognitus in cognoscentis animae naturam mutatur; veteraque pronuntiarum fuit ab Averroè in Commentario quinto libri tertii; maiorem esse unionem ex intellectu intelligente re que intellecta; quam ex materia & forma. Etenim ex illis fit vnum formaliter. Quae illa dicuntur fieri vnum formaliter; qui in vnum actum seu formam transeunt: id tum in sensu fit tum in intellectu & omnino in cognoscente facultate & re cognita. Sensibile namque aut intellectibile fit actu sensibile aut intellectibile quatenus actu sensu aut intellectu cognoscitur vel iudicatur; & sensus item & intellectus sunt actus quatenus actu sensu ille; hic intelligit; & omnino de sensibili aut intellectu iudicat; cognitioque & iudicium est forma illa vna; per quam horum vnumque fit actu & vnum & idem.

Ex quibus omnibus iam planè intelligitur; quàm merito dicatur; cognoscentes facultates essentialiter constitui & distingui ordine ad operationes & obiecta. Et ideo per operationes essentialiter ad obiecta ordinari; & verò etiam illis cognosci & definiti. Tota namque facultas tum vis in eo versatur; ut per illas animae facultates alia atque alia obiecta operetur; & ideo illae atque alia tributa sunt facultates. Hoc enim voluit Philosophus non solum in superius textu; sed etiam in vigesimo secundo; nisi sentiens & opinans distingui probavit; quoniam sentiri & opinari operationes distinctae sunt. Et in textu trigésimo octavo; instrumenta dicitur ex operibus iudicari; num eadem sunt; an diversa. In primo libro de Caelo; textu centesimo decimo sexto; facultatem determinat; constitui; ac definiti per ordinem ad actum; quoniam potest efficere. In secundo eiusdem libri textu decimo septimo; eorum vnumquodque operum est opus; esse operis gratia. Ac deinde in quinto & nono Metaphysicè facultatem per actum perpetuè definit; & explicat. Id vero in singulis ita esse perspicies. Facultates cognoscentes ab appetentibus; tum obiecto distinguuntur; tum operationis modo. Nam ea; quae cognoscent; circa ens occupantur quatenus verum est & aptum cognosci: quae appetunt; bonum & sibi conveniens quaerunt. In cognitione obiectum cognitum eleuatur; atque in cognoscentis naturam mutatur: contra in appetitione animal potius appetens ad obiectum appetitum manet & trahitur. In cognitione obiectum simile cognoscenti: in appetitione anima rei appetitur; euadit similis. Deinde cognoscentis operum facultates inter se ipsas distinguuntur; non cognitione & cognoscendi modo; sed diversitate formaliter obiectorum comprehensione. Adficiendi enim facultates operationibus circa obiecta aspectabilia; facultas audiendi circa audibilia; eodemque modo reliquae omnes; & constituantur; & distinguuntur. Consideres autem semper obiectum formale. Neque materiale si accipias; eadem facultatem saepe reperies obiecta re per se distincta & interdum etiam vnum obiectum à pluribus facultatibus percipi. Operationem necesse est oportet facultati esse adequatam; quae admodum

dum aspicere aspectui, & audire auditu. Denique in genere appetentium facultatum sentiens appetitus atque intelligens, tum obiecto separatur, tum operandi modo, Quoniam sentiens appetitus obiectum, materiale est & ex singulis rebus constat: appetitus intelligens immaterialia & res quoque vniuersas complectitur. Ille sensuum cognitionem sequitur; neque cum magna libertate agit: hic & intellectus cognitionem comitatur, & omnem vim habet perfectissimam libertatis.

Ut autem facile cognoscas obiectum formale & operationem adequatam; hanc tenas regulam. Quando animal; quod via operatione priuatur, alijs item omnibus careat, que circa ea veritatur, que sub eadem formali ratione continentur: quodque operari potest circa vnum obiectum, operari etiam potest circa alia omnia eiusdem rationis formalis: certum sit, omnia illa obiecta ad vnam facultatem pertinere: atque illud, in quo continentur, formalem eorum rationem esse: operationemque circa illa omnia esse propriam & adequatam operationem facultatis, que illa habet obiecta. Quemadmodum quia animal, quod caret visione albi, caret item visione reliquorum colorum; & quod videt album, potest reliqua quoque videre, concludimus colorem omnes sub ratione visibilibus ad vnam facultatem pertinere, atque visibile rationem esse formalem obiecti; ac demum videre esse operationem illius facultatis propriam & adequatam. Quod si vna operatione careat animal, & possit alias exercere; aut contra possit vnam exercere, alias non possit; argumentum erit, operationes illas & earum obiecta ad diuersas omnino facultates spectare: vt quoniam cecus videre non potest colorem, sed audit sonum; concludimus colorem & sonum diuersa esse obiecta; videre & audire diuersas operationes; visum & auditum diuersas facultates.

Itaque manifestum est, plures omnino esse anime facultates; tum quia plura sunt obiecta pluresque operationes circa illa; tum quia vt argumentatur Alexander primo de Anima Capite octavo plura in corpore continentur organa; que nequaquam frustra & absque vilo consilio, sed ad plures operationes exequendas accommodatissime fuerunt preparata, singulisque suam ad esse oportet facultatem. Hoc enim prestat natura anima, quod natura ad vnum est determinata, anima diuersas prorsus habet operandi formas. Scripsit quidem Philosophus in 2. lib. de celo, textu sexagesimo secundo quo aliquid est perfectius, eo paucioribus operationibus affectum sibi proposuit. Sed etiam perfectissima, Deus & separata mentes, nobilissimum finem nobilissimo modo; & que imperfectissima sunt, finem insumum paucis & humilibus medijs adipiscuntur: que vero medio modo se habent, si prestantissimum quarant finem, pluribus omnino actionibus cogunt illum procurare. Eaque Philosophi verba de primi generis entibus intelligenda sunt. Aut si de omnibus proponantur; vera erunt, dum idem finis cum equali perfectione omnibus proponitur. Plures

A igitur sunt anime facultates: pluresque eius anime, que nobilior est: quia prestantiorem habet finem & operationes plures.

Non tamen infinite. Tum quia nihil infinitum in natura. Tum quia essent superuacanea, nec operari possent; cum & anime virtus, & corporis organa sint finita.

Quot autem sint, aut ex illarum principio, aut ex subiecto, aut ex operationibus & obiectis considerari potest. Si anime considerantur, ex quibus ex proficiuntur; tria sunt facultatum genera, quia tres anime; vegetans, sentiens, intelligens. Sin spectentur subiecta, hoc est viuientia, in quibus reperiuntur; his additur mouens. At quoniam ex obiectis & operationibus vera & perfecta facultatum natura querenda est; His omnibus addendum est appetens. Suntque omnino quinque facultatum genera. Quorum primum ad alimentum & ad nature conseruationem refertur, alterum ad rerum sensibilem cognitionem, tertium ad appetenda bona & naturam conuenientia, quartum ad incessum, quo ea bona procurentur, & videntur mala, postremum ad omne ens intellectibile, vel etiam immateriale & abstractum, percipiendum. De singulis post seorsum disputabitur.

C Interim addendum, ex parte quidem anime facultates adesse, at eas ex parte corporis duobus adiumentis niti, organo, & natiuo calore. Organa diuersa videntur, & multiplicia in eterogeneo corpore, singularum earum facultatum propria, que organice appellantur. Calor autem est tanquam generale omnibus instrumentum, proportionem respondens celesti luci, quam generale illud agens ad actiones & effectus omnes adfert. Id non solum Aristoteles prodidit in capite tertio libri secundi de animalium ortu, verum ex eo etiam colligitur, quod nihil est in toto animalis corpore ad cuncta illa munera obeunda magis opportunum. Immo calidiora corpora melius multo exequuntur omnia, quam ea, que sunt frigida. Et vegetans quidem anima calore vititur. Tum quia nil aliud est vita, quam participatio & permansio nutrientis anime cum calido & humido, vt est in capite decimo quarto, libri de vita & morte. Tum quia nutritio, accretio, & procreatio absque coctione non constant, coctioque caloris est opus. Tum etiam quia eiusdem instrumenti opera res queque gignuntur, conseruantur, & operantur. Viuentiaque caloris ope procreantur. Et ideo frigida nequaquam procreant, plantę ac stirpes verno potissimum tempore accedente, nimirum calore, generant. Anima autem sentiens tantum habet caloris vsum, vt in textu centesimo tricesimo dicitur sit philosophus, absque eo nihil sentire. Nam frigescente corpore, calorque ad interiores partes contracto, aut nullus, aut debilis est sensus, aut motus. Sola intelligens anima nullo indiget organo, nisi quatenus a corpore pendet, & sensibus. Sed dum ita eo vititur, diuersum a sensibus organum nequaquam habet. Hoc vero inter vegetantes, sentientesque facultates interest, quod ille calore solo, non item spiritu, opera sua perficiunt. Nisi fortasse sit pullus, atque in animalibus;

De facultatibus instrumentis

D Plures manifestum est, plures omnino esse anime facultates; tum quia plura sunt obiecta pluresque operationes circa illa; tum quia vt argumentatur Alexander primo de Anima Capite octavo plura in corpore continentur organa; que nequaquam frustra & absque vilo consilio, sed ad plures operationes exequendas accommodatissime fuerunt preparata, singulisque suam ad esse oportet facultatem. Hoc enim prestat natura anima, quod natura ad vnum est determinata, anima diuersas prorsus habet operandi formas. Scripsit quidem Philosophus in 2. lib. de celo, textu sexagesimo secundo quo aliquid est perfectius, eo paucioribus operationibus affectum sibi proposuit. Sed etiam perfectissima, Deus & separata mentes, nobilissimum finem nobilissimo modo; & que imperfectissima sunt, finem insumum paucis & humilibus medijs adipiscuntur: que vero medio modo se habent, si prestantissimum quarant finem, pluribus omnino actionibus cogunt illum procurare. Eaque Philosophi verba de primi generis entibus intelligenda sunt. Aut si de omnibus proponantur; vera erunt, dum idem finis cum equali perfectione omnibus proponitur. Plures

que sanguinem habent, procreatio. At sentientes partes calorem, animali quoque utitur spiritu per nervos in omnes corporis partes diffuso. Cui tantum Philoponus tribuit, ut in commentario textus centesimi sexti, & centesimi septimi, eum solum scripserit esse proprie sensuum omnium organum: Et ea, que organa esse iudicantur, ut oculi humores ac tunicas, esse quidem organa comparatione aeris, ac comparatione spiritus veluti medium.

A quedam. Nam altrix quoque partialis quidem est generatio, dum ex alimento partem quandam viventis substantiæ gignit: Altrix, & decretrix adiunctam semper habent humilitatem maioris, aut minoris substantiæ generationem.

Porro duæ sunt rationes, cur de vegetantibus anima prius agendum sit, quam de cæteris animalibus agatur. Primum quoniam ea est prima anima, & ut cæterarum omnium fundamentum. Sine hac enim nec sentiens esse potest, nec aliquid quidquam. Quare, ut est omnium prima, sine qua reliqua esse nequeunt; Ita primum cognosci debet, quia sine illius cognitione cæteræ cognosci non possunt. Deinde quoniam ea est omnium communissima, & in viventibus omnibus reperitur. Immo secundum eam omnium quæcumque vivunt, participant vita. Sine qua vita proprie, & presertim sumpta humiliter proprii sit propria; Ab alijs autem non dicuntur vivere, sed aut sentire aut intelligere; Quæ admodum in textu 16. positum est. Sine quæcum reliqui vitæ gradus sine hoc esse nequeunt, verè beneficio & merito huius dicitur esse omnibus vita. Quocirca, cum à magis generatibus & viventibus sit inchoandum, ab hac omnium communissima anima principium recipi faciendum est.

TEXTVS.

Ὅτι αἰσθητικὴ ψυχὴ ἢ κίνησις λακτοῦ, ἢ ἰσοῦ σπινθηρῶν ἀπὸ τῆς ἀφροσύνης ὁμοιωθῆναι καὶ αἰσθητικὴν διὰ τὴν αἰσθητικὴν ψυχὴν καὶ τὸν αἰσθητικὸν οὐρανὸν ἢ τὸν αἰσθητικὸν οὐρανὸν ἢ τὸν αἰσθητικὸν οὐρανὸν.

Tex. 34.

Itaque primum de alimento, & generatione dicendum. Vegetans enim anima, & alijs inest, & prima, & maximè communis facultas est anima, secundum quam inest omnibus vivere. Cuius opera sunt, generare, & alimento uti.

COMMENTARIUS XXXVII.

Vegetans anima appellatur.

IN hac speciali partium animæ consideratione prima proponitur illa, que omnium prima est. Quæq. & naturalis appellatur, quod naturaliter propemodum operetur: & nutriens, quod hæc sit prima & communis maximè illius operatio: Et procreans, à præcipua scilicet & divinisissima functione, que est sibi simile procreare: Ac demum vegetans, propterea quod illius beneficio & ope vigeat & sustentetur viventium vita. Ea nimirum communissima omnibus est, queque à cæteris supponitur quemadmodum in figuris rectilineis triangulus. Ergo quoniam dictum est, facultates ex operationibus cognosci, hæcque ex obiectis; idè de obiectis primum & operationibus agendum esse, ut facultates tandem intelligantur: propterea nunc ex dictis concludit, de alimento primum & generatione dicendum esse.

Anima vegetans vocatur, quia alimentum.

Alimentum autem non dicit solius nutritionis obiectum; neque generationem solam eam functionem, que est sibi similis procreatio: Sed alimentum intelligit totius vegetantis animæ, & omnium illius facultatum atque operationum obiectum. Sanguis enim vna est omnium materia; omnesque circa alimentum occupantur. Altrix commutando, consumptamque substantiam reponendo. Altrix, & decretrix augendo, aut minuendo ex multo, paucove alimento commutato: Procreatrix demum ex parte quadam alimenti superflua aliud gignendo.

Generationem quoque vult operationes omnes huius animæ significare. Aut quod hæc sit præcipua illius operatio, & velut cæterarum finis: Aut quod omnes videantur esse generationes

C faciendum est. Et quidem iuxta propositum ordinem de alimento statim, seu de obiecto, agere debuit. Antea tamen operationes commemorat, que circa alimentum habet hæc anima. Et sunt generare sibi simile, & alimento uti; hoc est nutrire & augere. Nutrix alimento vitæ viuentis substantiam omni tempore, quo vivit, continuando: Et altrix ad perfectam quantam membra omnia deducendo; ut conuenienter & perfecte operari queant. Sanè genitrix quoque alimento vitæ, dum ex eo accepto semina quædam procreat. At quoniam alimentum ad vitæ sustentationem præsertim comparatum est, altrix potissimum & altrix tribuitur, que sustentationem illius & perfectionem procurant, circæque alimentum vile vegetantibus. Non item procreatrix, que superflua partem ad tuendam speciem accipit. Scorsim etiam procreationem commemorat, quod eam in superioribus prætermisisset, cum in textu 34. & 35. operationes huius animæ nominaret.

TEXTVS.

Ὅτι αἰσθητικὴ ψυχὴ ἢ κίνησις λακτοῦ, ἢ ἰσοῦ σπινθηρῶν ἀπὸ τῆς ἀφροσύνης ὁμοιωθῆναι καὶ αἰσθητικὴν διὰ τὴν αἰσθητικὴν ψυχὴν καὶ τὸν αἰσθητικὸν οὐρανὸν ἢ τὸν αἰσθητικὸν οὐρανὸν ἢ τὸν αἰσθητικὸν οὐρανὸν.

Naturalissimum enim operum, que in vegetantibus, quæcumque perfecta est non mutata sunt, aut spontaneam generationem habent, facere illius quale ipsum. Animal quidem animal, planta vero plantam.

COMMENT.

COMMENTARIUS XXXVIII.

Didum est in superiori Commentario, cur Philoſophus initio ſtatim tractationis huius de vegetantis animæ facultatibus primam eam commemoravit, quæ omnium poſtrema eſt: genitricem inquam. Eandem ob cauſam licet importuno videtur ac præpoſito loco, ommiſſa tantisper nutritione, & accretione procreationem ſibi ſimilis ſubiungit eſſe naturaliſſimam viuientium operationem. Quibus etiam confirmat tum id, quod dixerat, vegetantem facultatem omnium primam, & comuniſſimam eſſe; quod eius actionis principium ſit, quæ naturaliſſima viuentibus eſt. Tum etiam genitricem facultatem ad vegetantem animam pertinere; de quo fortalle quæſpiam dubitaſſet, multa videns vegeta re quæ non generantur probatio autem eſt, quæ facultas ea, cuius opus naturaliſſimum eſt viuentibus cunctis, illius animæ eſſe debet, quæ prima eſt & communis cunctis.

Naturaliſſimum Simplicitatis interpretatur principaliffimum: Philoſophus ſinem & quaſi ſcopum, quem ſibi maximè natura proponit. Verius fortalle naturaliffimum dixerim, aut quod omnia, vel etiam ea, quæ merè naturalia ſunt, eam quoquomodo habent; dum ignis quoque & naturalia cætera ſibi ſimile gignunt: aut propter maximam naturæ propenſionem & appetitum, quo ad actionem eam viuentia omnia ſollicitantur: aut demum quod tota hæc operatio eò referatur, vt natura, quæ in indiuiduo caduce ſunt & mortales, perpetuitatem quandam in ſpecie conſequantur. Quare, vt nihil eſt magis cuique rei naturale, nec quidque tantopere procurat vniuerſa natura, quam eſſe: Ita hæc operatio in eum ſinem inſtituta naturaliffima eſt. Vt enim magis naturalis indiuidua ſit conſeruare ſeipſam per nutritionem: Naturæ tamen ſpeciei naturalis magis eſt procreatio, qua conſeruatur ipſa.

Propterea non planta modo plantam, ſed animal quoque procreat animal. Eſt enim gignendi facultas vegetantis animæ propria ſit; neque inferius, ac deterius poſſit ſuperius quidpiam, & melius ſe procreare: Dum tamen facultas hæc in animali cum ſuperioribus quoque virtutibus coniuncta eſt, atque ab illis perfectæ & excolta; Immo non tam vegetantis, quam ſentientis, & verò in homine intelligentis animæ virtus (Hæc enim ſola eſt in his viuentibus anima quæ omnia moderatur.) Et præterea non plantali, ſed animali ſemine vitur, cuius virtus in ſpiritu in animalis corpore optimè temperat: Quid mirum, ſi animal quoque atque adeo hominem producere poſſet? Etenim animalis nomine hominem quoque comprehendit Philoſophus, qui genera viuentium omnia completi voluit. Hominem porò quomodo gigni dicamus ex ſemine, alibi expoſitum eſt. Nam eſt anima eius actione ſeminis non producatur, diſponitur tamen materia & præparatur corpus cum quo ea coniungi debet; dumque harum

A diſpoſitionum beneficio coniungitur; cauſa, quæ diſpoſitiones produxit, verè dicitur coniunctum illud produxiſſe.

Hinc ceſſat Philoſophi dubitatio, an ſi omnibus naturale eſt ſibi ſimile procreare, inſit etiam in irrationali, hoc eſt ſentiente anima vis procreandi, ſenſuque ſenſum procreet, & ita iram, & in reliquis ſimiliter: An verò vegetans ſentientem, & deterius id, quod eſt melius, producat. Cui parum ille accommodatè reſpondit: Sed non eſt neceſſe ſingula perſequi, modo rem ipſam teneas.

B Cæterum nec omni tempore, nec in viuentibus omnibus hæc operatio cernitur. Sed tres omnino conditiones poſtulat. Primam: vt viuentia ſint in ſua ſpecie perfectæ, ad eamque magnitudinem & membrorum omnium granditatem venerint, quæ ipsis conuenit. Cùm enim communicare alteri eſſe, perfectionem ſignificet, non niſi perfectorum eſſe poſteſt. Quæ autem imperfecta ſunt, vt pueri & recens nata, ſubſtantiam, eam omnem; ex qua aliud gignere debuiffent ſibi ipsis apponunt, vt perſiciantur. Neque hæc operatio, quæ ad conſeruandam in ſpecie labilem & caducam naturam eſt inſtituta, danda fuit viuentibus recens natis, ſed ad vltiorem duntaxat ætatem pronectis. Magno item calore opus habet, vehementi virtute, naturæque omnino robuſta. Propter has enim cauſas, nec tenella plantæ, nec animalia in prima ætate procreant. Alteram; vt viuentia non ſint mutilata, iſs ſcilicet partibus, quæ ad procreandum neceſſariæ ſunt; ſiue vt opportunè elaboretur & perſiciatur ſemen; ſiue vt poſt elaboratum & perfectum effundatur, quemadmodum ſpadones. Inter hæc mulos etiam Philoſophus numerat. Inſecondi enim ſunt. Et ſiue genitalia inſtrumenta deſint, ſiue gignendi virtus; perinde mancum animal dixeris. Quamquam & hoc animal interdum ſecundum eſſe narrat Philoſophus in 6. Hiſtoriæ libro cap. 22. 24. & 36. Et in ſecundo de ortu ſub ſinem, & de admirandis auditionibus particula 68. Verùm aut ſunt diuerſi generis, aut abortum patiuntur, nec factum poſſunt abſoluere. Tertiam; vt non habeant ſpontaneam generationem, hoc eſt ex putredine ſponte non prodeant; vt vermes, pulices, cimices, & ſimilia. Quoniam hæc cùm manifeſtam & conſpicuam efficientem cauſam non habeant, ſponte videntur naſci: Quod materia, vt eſt in tex. 31. libri ſeptimi Metaph. à ſe ipſa poſteſt eo motu moueri, quo ſemen mouet.

Quæ ad procreandam apta.

Mulorum perſecti.

DIGRESSIO XVI.

De iſis, quæ ex putredine gignuntur.

Alius eſt hic gignendi modus, qui in ſuperiorem cauſam reuocari debet; quæ generali quadam agendi virtute, qua inferioribus hiſce præeſt, acceperit à Deo quaſi curam conſeruationis & perpetuitatis rerum omnium inferiorum, & earum præcipuè, quæ ob corporis imperfectionem & organorum procreatione neceſſa-

Ex putredine à quo gignitur.